


1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.



IN NUPTIAS
à DEO, admodum faustas ac felices
VIRI ORNATISS:
AC DOCTISS: DN: CHRISTO-
PHORI GOTTMANNI Olsnic:

Not: P. & J. Pract: eximii,
SPONSI,

Nec non

Virginis lectissimæ & castissimæ

M A R I Æ,

Viri amplissimi, spectatissimi, præstantissi-
miq, DN: JOANNIS BLUMENRÖDERI, Elect:

Sax: ad montem Drusi Quæstoris &c. filie
natu majoris dilectæ,

SPONSÆ,

Quarum festivitati (Deo benè juvante) ad-
scriptus est dies 2. Mens: VIIbris ANNI
salutis reparatæ M. DC. XVII.

CU RI Æ, Typis Pfeilschmidis.



In. Zert. B. am 10. Nov. 1717



VOTUM

Pro Sponsis, ad aras J H E H O V A E.


Dum tua Sponsa tibi; Sponse; adducenda
marita,

Atq; tori sociam spondeat ipsa fidem.:

Appono votum: faxit IHOVA auctor & altor
Conjugii; ut vigeat mutuo amore torus.

Circumstet vestrum CONCORDIA leta cubile
Fœcundetq; DEUS prolis honore piæ.

Idq; benè & longum: donec disjunget amantes
Mors saturos vitæ; junget & axe POLI.





I.

M A R I A

verte, & fiet

A M A R I.

Evolutio.



*Erno: MARIA placet Sponso: ergo,
reposit AMARI:*

*Quippè MARIA placet: dulcis
amara juvat.*

A MARIâ dulci: res verè dulcis AMARI.

Cara MARIA viro: nam quoq; cara caro.

Esto MARIA viro dulcis: sis fœmina cara:

Sic tibi CHRISTOPHORUS carus amator erit.

I I.

A L I T E R.

M A R I A, verte,

& habebis nostrum Germ:

I A M A R.

*hinc Maria
ein Jamer
mãgdein.*

1. *Per Autogramma:*

DUM spiro: spero: patior: licet usq; calefiant
Heic IAMAR atq; ellendt, heic labor atq; dolor.

2. *Per Acrostichida Hexam.*

A 2

Mc

Me me fata trahunt, retrahuntq; immitia mund
Attamen haut despero: premat me fors licet atr
Rectè ago: dum spiro, suspiro, spero **I E H O V A M**
Impositum **IAMAR**, orbe, levat patientiâ firm **A**
Aspera fata fero: quamvis eat ~~multus~~ amaro **R.**

I I I. *aper*
M A R I A . C R I S T O P H .

κατ' ἀνάγκην
C H A R A M , I , P O R T I S .

Autogramma.

CHARAM te teneo, I, mecum, mea CHARA
MARIA,
Ex patriis PORTIS; CHARA marita veni.

Epigramma.

HEïc Rhodus, heïc salta, te præstes, Sponse,
Deandrum,
Audax Sponsa tibi namq; MARIA venit.
Manna venit coelo; coelo venit apta Marita
Perpetuùm Sponso CHARA MARIA suo.
Ergò te monstres fortem, GOTTSMANNE. novellum,
CRISTOPHORE; esto ferax; namq; MARIA ferax.
Sic dices, ergò; Sponsæ, carissime Sponse,
Te CHARAM duxi: duco: avet alma Venus.
Imecum: CHARAM cupio te, CHARA, recede
A PORTIS matris, liminibusq; patris

Sponsa,

Sponfa, MARIA, mea es: fapis, at, nil prorsus AMARI,
 Non fapis: haut etenim MARIA amara mea es.
 Sed verè gestis modò nunc & semper AMARI:
Nullus amaror erit: sed magè dulcis AMOR.
 CHARA MARIA; mihi Sponfa esto, venito. E. venito
 Ore legenda meo basia scito. E. citò
 Te sine me, mea lux, nolim superesse. E. necesse
 Tecum gaudebo vespere, manè. E. mane,
 Foedera conjugii, DEUS ô, da prospera. E. spera
 Si qua nociva vides fortè latere. E. tere.
 Absit res mala, quâ non est magè grata malis. E. lis.
 Nos neq; conturbet sermo profanus. E. anus.
 Svaviter adsideat nobis CONCORDIA. E. Dia,
 Qui malè vult nobis dispereat. E. pereat.

I V.

ALIA ACROSTICHS.

C ommendare bonos æquum est: connubia sanctu M,
 R estaurare Duos: addere vota pi A.
 I ccircò, vobis adsit (Sponsi) DEUS Aucto R
 S is felix sancto, Sponfa, in amore, DE I.
 T e quoq; Sponse, precor faustum conservet IHOV A.
 O mnia & ut teneas fidus ut, ORE, CALE B. Num: 14.
 P ono hoc: quod non es derisor, ut improbus ISMAË L Gen: 21.
 H. einc AMBOS aueo vivere, in orbe, di U.

Φιλίας καὶ Φιλαδελφίας ἕνεκα F.

Daniel Hermannus Schaffsted:

S. S. Theol: St. & Poëta, jam nunc No-
 bilis: puerorū à Zedwitz informator.

A 3

JUNG.

V.
JUNGFRAU M. Braut
Will nicht ledig sein.

E.

*Esse ligata volo: vitæ juga sancta Maritæ
Laudo; dedit socium jam mihi IHOUA meum.*

Jch hab mich wohl verbunden/
Von GOTT ist es beschert/
Nun hab ichs überwunden/
Gern hetts der Neidr erwehrt/
Frag nichts nach falschen Hertzzen/
Richten wird sie GOTT schon/secht/
Aus Noth Er hilfft ohn schertzzen
Vnd mir mein Sach führt recht.
Mein Schatz hat er mir geben/
Bey dem ich bleiben will.
Redlich / weil ich habs Leben/
Auff Ihn setz ich mein Ziel:
Von GOTT wolln wir nicht lassen/
Tregt ob man vns die Strassen/
Allzeit gescheh sein Will.

Cara



*Ara MARIA, soror mea sis; ma-
neasq; per ævum:
Conjugio usq; tuo prospera fata
precor.*

*Perpes amor, perpes, vestro, CONCORDIA, lecto,
Proscriptis Irâ, Dissidioq; cubet:*

*Hæc precor: at terræ summum cæliq; Monarcha
Ducat ad eventus omnia nostra bonos.*

Melchior Blumenröderus
Phil: & bonarum Art. St.
Sponsæ frater carus.



FINIS.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Melchior Blannenöhrens
1. Teil: 8. heftigen Apr. 20
2. Teil: 1. heftigen Apr. 20



F I N I S

Stadtbibliothek Chemnitz



A098658X

